


στῆται ὁμοίότητι διάφορον, id est, animalium seui similitudine insignem. *Διάφορος* autem Græcis videtur & pro insigni vel eccellente, & pro numerofo vel multiplici quibusdam differētijs accipi.

1. *Amianti* quibusdam dicti lapidis frustulū. Veriorem è Cypro, Cap. primo posui.



2. *Steatites* fortè, vel *Leucographidi Morochthò ve* (aliàs *Moroxo*) cognatus.

*Steatites* hic propositus lapis vocari posse videtur, quòd mollis eius substantia sit seuo persimilis, sed duriuscula, *Morochtho* cognata, vt suspicor: licet enim fusci in ruffo coloris sit, lineas tamen albas in ligno ducit, si affricetur. quod si lapis alius substantia simul, & pinguedine & colo-